

liquefactum in os infuderunt hinc verbis: Aurum stitisti, Crasse, aurum ad futuritatem bibe.

Cum Achilles Hectorem occidisset, haud fatiatus morte ejus, traxit corpus ejus cum furore ter circa muros, & postea vendidit illud eximia avaritia Priamo.

Cum Sain Cosrhoes primarius Dux contra Romanos pugnant, grandine divinitus immissa, in bello occidisset, Cosrhoes iratus contra Sain, qui ex multo animi morete agrotans mortuus esset, corpus ejus sale condidit ad se jussit afferri, quod pluribus reddidit consossium vulneribus. Caf. Baron. Tofaur. Antig. Eccl. Tom. 4.

Tardè tumulatum Cadaver.

Alexander Philippi, & Olympiadis filius, cum Babylone animam egisset, dum ejus praefecti de regno contenderent, tringinta diebus inhumatus, carensque sepulchro relictus fuit: donec Aristander Telmiffensis Vates in medios Macedones irruit, & ad eos locutus: Omnes, inquit, omnium seculorum Reges Alexandrum felicitate superasset, tam vivum quam mortuum. Et enim Deos immortales sibi notum fecisse, in quacumque terra requiem ipsius corpus primum esset habiturum, eam felicitate abundantem, & ab omni hostili vastatione in perpetuum liberam fore. Haec cum audivissent, prosequi quae summo studio, diligentiaque amittebantur, ut in suum regnum singuli transferrent, & thesaurum possiderent, quasi oblidem firmitudinis imperii, & immobilitatis. Proleptus corpus ejus maxima festinatione Alexandriam deportavit. Sed quia Perdiccas persequi conabatur, impetum ejus astu eludit. Et enim factis simulacro, Alexandri effigiem referentem, veste regia exornavit, & epitaphiis honorificentissimis: Deinde in Persicum curram impositum, feretrum ejus magnificè auro, argento, & ebore infudit. At verum Alexandri corpus apparatu tenui, & ut praefens res ferebat, praemisit per vias occultas, & in vias. Perdiccas cum deprehendisset simulacrum mortui, instructumque curram, omisit persequendum, ratus se jam manibus habere id, de quo certatum esset. At sero rescivit veritatem, cognovique se fallacis circumventum esse, cum jam amplius persequendi facultas non daretur. Eliam. lib. 12. de Var. lib.

Guilielmo Normanno: Angliae regi, bello invicto, corporis sepultura interdictum fuit. Templum extruxerat aliena in area, nec perolverat pretium domino: qui tunc egens, pompam funebrem, ceterumque procerum nihil veritus, in mediam profectumque regium fenum celebravit, mirantibus cunctis satine sanus esset, se intulit, ita clamitans: Qui regna oppreffit armis, me quoque metu mortis haecenus oppreffit. Ego injuria superflus, pacem mortuo non dabo. In quem effertus istum hominem locum, meus est. In alienum solum inferendi mortui jus nemini esse defendo. Sin extincto tandem indignitatis auctore, vivit adhuc vis. Rollonem condidit, parentemque gentis appello, qui legibus ab se datus quam cujusquam injuria plus unquam potest, postereque. Simul incendium, incertum forte, an fraude humana ortum, late domo propinquas, ad eoque factas depascit. Undique ad extinguendum levem mentem flammam concussus sit, circa regium cadaver solitudo facta. Velut manifesta numinis ira terribus Henricus Regis mortui filius, qui solus procerum divelli à feretro non poterat, rem praesenti pecunia fundi domino luit. Ita manes patris, fraude noxaeque liberati. Pietas Henrici, qui minimus natu, filiorum solus funeri patris officium praestitit, Superis cordi fuit. Infelici enim fratrum fato superflus, annos quinque, & triginta in Anglia regnavit, proleque ejus filia per multa deinceps secula in eo solio sedit. Emil. lib. 3.

Michael Palaeologus Imperator in Lugdunensi Concilio sub Gregorio XII. reconciliatus est Latinae Ecclesiae, & cum suis alta voce symbolum Nicenum canere cepit in signum concordiae. Eam ob rem in tantum Gregorum odium incidit, ut à Monachis & sacerdotibus, Calogeri dictis, sepultura fuerit prohibitus. Cuspin.

Leonis X. studio Henricus VIII. Britanniae rex contra Ludovicum XII. bellum gererat. In gratiam Galli Jacobus Scotorum rex Angliam invasit, & ad Tylum egestus est ann. 1513. Cadaver ejus Beryicum delatum, diti sepultura caruit: nam ab Anglis, quod Gallis visisset, sancto funeris, sepulchrique honore, & Christianis reteremoniis indignus putabatur, adnotabant plerique peccata superiorum regum memoria, Jacobum infelicis potius Stuardae familie fato, quam suo accidisse, quod pater, avus, & proavus eodem potiri regno, atque idem

fortiri nomen, ante diem ferro percipi mortem oppetissent. Sab. suppl. lib. 1. de Jovio.

Loco ignobili, profano, sepulchrum cadaver.

Joas Judaeorum rex, propter idololatriam à duobus amicissimis in lecto consossus, neque in regum sepulchro sepultus fuit. 2. Paral. 24.

Pena Propheta, qui pacem contra divinum mandatum in domo mali propheta comederat, fuit, quod non fuit sepultus in sepulchro patrum suorum. 3. Reg. 13.

Apud Graecos lege cautum erat, ut qui patrimonium prodederat, sepulchro patrio non humaretur, sed externo. Alex. ab Alex. lib. 6. c. 14.

Augustus Caesar testamento cavet, ne Juliae dux filia, & neptris, sepulchro suo inferretur. Sueton.

Regina Scotorum, cum Fergusium III. maritum noctu suis ipsa manibus strangulasset, & mox in cetero populi summo crimine sponte fasa, cultro, quem veste abdidit, se confodisset, sacra caruit sepultura. H. Boerh. lib. 9.

Bracci Perusini ducis fortissimi corpus Roman delatum in profano est sepulchro extra muros urbis ad Laurentii sanum. F. Sab. lib. 1. Ennead. 10.

Odetus Foiffesius Lotrechius, Galliae Regis Francisci I. in oppugnando Carolo V. Caesare, exercitus Imp. cum in Neapolitana obsidione bis incisa vena sanguinem minuire frustra esset conatus, anno 1528. excessit à vita, & absque omni funebri pompa apparatu in eadem villa Aragonii Montali, ubi pratorium fixerat, cumulo arenae tumulatus. Hujus cadaver Hispanus quidam impie, atque impudens argutia, rapax, fabulo grutum, & castris in urbem retulit, & in regione, quam Selsariam vocant, recondidit fubterranea in cella, ut venalium cadaver aliquem à Gallia pietate, atque reverentia insignem emptorem reperiret, qui redemptum pensio multo auro in Galliam ad Foxiae sepulchra referendum curaret. Sed nemo unquam vel propinquorum, qui sepulchrae iudicium magnificeret, aurumque venderet, comparuit. Jovius lib. 26. Hist. At ille in vita ejus Hispanum emptori Gallo dare recusasse ostendit.

Anno 1106. Henrici IV. Imp. cadaver exhumatum, in locum abstrusum reiectum fuit: at post quinquennium restituitur.

Ignominia cadaveri illata poena.

Narrat Pomponius Letus, Cum cadaver defunctae Fabiae conjugis Heraclii efferretur, puellam forte ex fenestra spuisse, & elatum cadaver tetigisse. Ideoque statim comprehensam, Fabiaeque rogo impositam, vivam fuisse exiitum.

De Aaron Amyrante Saracenorum conante comminueri ossa S. Nicolai Myrae Episcopi, tempestate subita represso: & alii à Deo vindicati. Quare locum de Sepultura, & Sepulchris, Tit. Sepulchra violentiam poena.

Marcianus Jurisconsultus in l. 39. monet, lege cautum esse, ne corpus iusta sepultura traditum, id est, terra conditum loco moveretur, aut inquietur. Unde Chilonis Lacedaemonii praecipuum laudatur, quod se non vidisset nisi in aeternum praesentem. Defunctum ne maledictis afficias, sed beatum praedica. Siquidem turpissimum viro ingenuo cum umbris lucari.

Hinc & latronibus annumeratur, qui mortuos spoliat. Aristot. 4. Ethicor.

Injuria etiam defuncto irrogata, haerediti irrogata censetur. H. l. 1. §. quoties 1. 2. D. Jurjur.

Absque ignominia.

Quare supra se vestita.

Apud Indos sepulchra defunctorum nulla sunt: quando virtus, & viri integritas propaganda memoria amplius sufficiat. Cel. lib. 18. cap. 31. A. A.

Albanis mortuorum curam habere, aut meminisse, nefas est. Cum mortuis pecunias desolunt: Idcirco pauperes vivunt: cum patrimonium nullum habeant. Strab. l. 11.

Mahometus Pseudopropheta praeparat, ne quis se sepeliret, eo quod tertia die affumendus esset in caelum. Quod cum ad aliquot dies expectantes, fieri non cernerent, amici ejus nudum eum proiecissent: ut Humbram retulit. Verum Guimbrax dixit, eum ab Hali lorum, & vestibus indutum & sepulchro esse. Vincentius. In Mecha cadaver ejus arce ferrea est impositum, & colitur à toto Oriente. Sabell. lib. 6. Ennead. 8.

Con-

Consule Titulum de Funero, Honore, Impietate, Ubi parum nonnulla reperit, lector, quae hic etiam locum habeant. Quamquam etiam in Titulo de Sepultura, & Sepulchris, Moris, Epitaphiis, &c.

Caduceus.

QUID, ET CUIUS REI SYMBOLUM.

Caduceum esse pacis insigne apud Graecos, caduceatorum quoque nomen demonstrat: sic enim vocantur, qui ad pacem mittuntur legati. Kiprius autem lignum erat rectum, utrinque duos continens serpentes, non eritatos, implexos invicem; ita ut se motu & exadversum intuerentur, quales illi vocant dracopodas. Perunt id caduceatores; & inde illis injuriam intulisse, maximum habebatur nefas.

Eretrum quidem lignum, & opera orationis recitandum significat: serpentes vero implicati, castra castris juncta nobis innuunt oculatus; quibus se diffidentes conciliata voluntas, orationis ingerit virtus. Cel. lib. 21. c. 16. A. L. De eo sic Plin. lib. 26. cap. 3.

Extremi gentes caduceum, in pacis argumentis, circumdata effigie anguim non cristatorum fecere: quoniam animal hoc ferum alioqui asitae caecum, ita ut innumeri complexu artificum glomerati, salvis faucibus, corporumque spumis in sublimem aeterni, Anguinem appellatum, omni specie, quoad victorias litium, ac regum aditus mirè conducere, Druidae Galorum affirmant.

Et parvulus, ramus oleae lana implexus, arborum fructibus; quae acrodia vocant, circumpendentibus, ante januas aedium poni erat solitus in honorem Apollinis. Cuius historiam pluribus exequitur in Equilibus Aristophanis Interpres. Hanc ramum à supplicationibus usum dramam vocabant. Quod in Thefici vultu Plutarchus: ubi in Delphino polita ab Theophi hieretiam Apollini scribit. Calvus lib. 12. capite 19. Ant. Lib.

EFFECTUS.

Erat autem Caduceus Mercurii virga, per quam Deus ille, medius, sequeterque belli, pacisque inter disidentes significabatur. De quo ita fabulatur Poeta. Quod virgam illam ab Apolline Mercurius accepisset, vicissim lyra ab illo donatus. Pingebant autem veteres Caduceum in speciem duorum draconum, maris ac feminae, qui parte media suraligantur, & reflexi oscula jungunt. Cuius symboli hanc rationem addunt, quod Mercurius cum in Aeraidam proficisceretur, & virgam hanc manu, inveniret per iter duos serpentes, sive dracones pugnantem, virgaque interposita dicto citius, lucam diremisit, atque in illius rei memoriam, ita praemittitur, Caduceum et formasse.

Effectus varios per hanc virgam Mercurium produxisse: Poeta comminiscuntur. Nonnullos recenset Virgilius lib. 4. Aeneid.

Tum virgam capis: hac animas ille vocat Orco Pallentes; alias sub vestigia Tartara mittit. Das somnos, adimisque, et turbida tranat nubila. Virgil. lib. 4. Aeneid. c. 1. Tum virgam capis: hac animas ille vocat Orco Pallentes; alias sub vestigia Tartara mittit. Das somnos, adimisque, et turbida tranat nubila. Virgil. lib. 4. Aeneid. c. 1.

Caecitas. Caeci.

DEFINITIO, & ETYMOLOGIA.

Caecitas Graece τυφλότης, & τυφλός caecus; est oculorum privatio. Et caecus, qui oculis caret, sive juxta Aristotelem, qui visum non habet, quem tamen natus est habere. Hebraei Huvver dicunt, excaecavit, oculis privavit. Qui autem altero oculorum orbatur, coecus dicitur, & luscus. Exod. 21. contra communem modum, & usum illius nominis. De quo in hoc carmine: Luscus in obliquum, sed strabo cernit in altum. Orbis caret orbi, privantur lumine caeci. Orbis caret orbi, privantur lumine caeci. Orbis caret orbi, privantur lumine caeci.

CAECI, VEL EXCAECATI, QUI LEGES.

Sesoftris, vel ut alii appellant, Sesosis, Aegyptiorum Rex potentissimus, & bellicosissimus; post multas res egregie ge- L. B. Theatr. v. s. e. Hum. Tom. 11.

tas visum amisit. Diodorus Sic. Vide infra, s. visus restitutus medicamentis.

Hujus filius Pheron, cum pater in regno successisset, eodem oculorum casu afflictus est; sive propter communem patris naturam, sive ob impietatem in Nilum, in cuius vortices medios, cum supra decem, & statim cubitos agros transieisset, spirituum contorsit, & attonique oculis captus esse dicitur. Herod. lib. 2.

Anylis rex Aegyptiorum caecus fuit, ex urbe Anylis. Herodotus lib. 2.

Lycurgus à Thracibus (quibus imperitabat) excaecatus fuit, quod stremas quasdam sequentes Bacchum, simulata cum Deo amicitia interfecisset. Diod.

Phineus, Agenoris & Cassiopeae filius, vel Agenoris, & Phenicis, vel ut Apollodorus, Neptuni, Paphlagoniae rex, cum optionem haberet, ut vel caecus distituisse viveret, vel post exiguum tempus moreretur: caecus consulto à Sole factus, ab Agenoris temporibus usque ad Argonautarum navigationem vixit. Sophocles Cleopatram illius uxorem filiiq; narrat, Boræ, & Orithiae filiam, e qua Phineus duos filios Crambinae ac Oritum, vel Thymum, & Mariandynum suscepit. Postea repudiata Cleopatra, Idam Dardani Scytharum regis filiam duxit. Ab ea adolescentis accutis, quod stuprum noverce obtulisset, & à patre capitis damnata, tandem ab Argonautis, cognita illorum innocentia, multis barbarorum casibus, & ipso etiam rege obructo, liberati sunt. Non desuerunt, qui ob eam accusationem oculis captos fuisse adolescentis inquam. Indignantem Nepeum, ob eam crudelitatem, illum etiam caecum fecit, & Harpagus immisit. Alii à Jove praecipuum, & perpetua fame discruciatum ajunt, cum Jovis canes Harpia vel ex ore comedentes cibum eriperent. Acufilaus Argivus, quia cum vates esset, Jovis, ac Deorum arcana mortalibus patefecisset, his supplicis additum scribit. Ad quem profecti Argonautae, perbenigne accepti, pro praemio monstrati itineris in Calchidem, & pro liberalitate hospitali, alios Boræ filios cum sagittis miserunt, qui Harpyas à mensa Phinei depellerent. Quos cum ad Plocas usque infusas, quas alii Echinnadas vocant, infecit fuisse, atque inde ad Argonautas iterum revertissent, quod illa iurassent se non amplius Phineum infestaturas, infusa dicta sunt Strophades. Apollonius lib. 2. Argonauticorum, Natis Comer. Mythol. lib. 7. cap. 5.

Constantinus VI. Iconomachus cum matre Irene peregrit: profectus, nuncio accepto, natum sibi filium, matre relicta sustinavit Constantino polim. Mater filium exosa, simul dominantis libidine mota, ducis donos, ac promissionibus onerata, ut filium jugularet, Assensere omnes, detestati regis crudelitatem, qui ante annos quinque Micephorum patrum ob affectatum imperium obcaecaverat, alioque lingua privaverat. Idcirco dum filium nuper natum, cum Lingus inderat mortem pater infelix lugeret, festinantes in regium, solium capiunt, & oculos effodiunt. Ille maternae cunctum impatiens, praeruptis, & matre exspiravit. Paulus Diacon. Sigebert. & Zonaras.

Joannes Boemerus Rex, caecus, pro Gallis adversus Anglos pugnantis fortiter occubuit.

Joannes Zisa Boemus Trofnoventis, post Venceslatis regis mortem utroque oculo amisso, Sigismundum Imp. Boemiae regnum haereditario jure repentem, cum exercitu Boeciae regnum in fugam compulit. Orta inter Boemiae proceres, & Pragensem populum discordia, ab adversariis pulsus; ubi se in locum, quem animo rebus agendis designaverat, perducum intellexit, in hostes se convertit, in fugam eosdem conjecit. Pragae obsedit, & quoad superflus vita fuit, Boemiae rerum potius est. Fulg. lib. 3. cap. 20.

Duces.

Belifarius praefectus Justiniani Imp. deletis Vandalis, acto de Peris triumpho, Italia à barbaris non semel liberata, propter prosperos successus Imperatori formidolosus, & suspectus factus est, ac propterea ab eodem oculis privatus. Quo facto utriusque in via frequentis sibi ita ut, ubi victum à praereuntibus mendicabat, his verbis: Viator da obolum Belifario, quem virtus extulit, caecavit invidia. Procopius, & Crinitus lib. 9. cap. 6. Volat. lib. 23. Anthrop. Fulg. in Egnat. lib. 5. cap. 3.

Politicus.

Appius Claudius Caecus cognomine, mentis oculis paucum B 3

Ezelindis femina incomparabilis pudicitia, ab Ardenio amatore petita, & variis cruciatibus affecta, etiam pro perfecutore, ob crimen Dei nullo obsecrato, ita oravit, ut ejus precibus homini scelerato, & intemperanti lux tandem sit red-dita. *Platin. in Pontif.*

Nautulphus puer, natus cæcus, precibus S. Senoch visum recepit. *Greg. Turonens.*

Anno Domini 658. Audomarus cæcus ad preces Episcoporum, & Abbatum visum recepit. Quod cum agrè ferret, pro-terea quod pro sua salute cæcitate sibi missam existimaret, denuò excæcatus est. *Sigebertus in Chronico, & habetur supra.*

Greg. Turon. lib. 5. c. 6. scribit Leonastem Bituricum Archidiaconum catastris decidentibus, oculorum beneficio pri-varum fuisse. Frustrà medicorum opem implorans, tandem ad S. Martini Basilicam per aliquot menses jejuniò, & precibus se macerans, visum recipere ardentè petebat: quem in-stante festo S. Martini recipit.

Cæcariens quidam patricius (cujus consuetudine Zosimas Sindenus Phœnicia monachus familiariter utebatur) mo-nacho uxoris suæ calamitatem, & oculorum jacturam nar-ravit. Zosimas mox in suam se propiciens cellulam, relicto Arcefilao (quod nomen erat illi Cæcariensi) preces ad Deum pro more suo fudit, & visus sanitate Arcefilai uxori im-petravit. *Evang. lib. 4. c. 7.*

Sacrarum rerum conta&u.

Ad aquas Tibilitanas Episcopo afferente Projecto reliquias Martiris gloriosissimi Stephani, ad ejus memoriam veniebat magna multitudinis concursus, & occurfus. Ibi cæca mulier, ut ad Episcopum portante pignora facta duceretur, oravit: flores, quos ferebat, dedicere cepit, oculis admovit, protinus vidit. Stupentibus, qui aderant, præibat exultans, viam car-pens, & via ducens ulterius non requirens. *August. lib. 12. de Civit. Dei, cap. 8.*

Montanus Monachus cæcus, de lacte Ciliniæ, matris D. Remigii jam nati, oculos suos linens, illuminatus est. *Si-geb. in Chron. & Hincmarus in ejus vita.*

Mediolani, cum illic esset D. Augustinus, illuminatus est cæcus, & ibi erat tunc Imp. & immenso populo teste re-gesta est, concurrente ad corpora martyrum Protasii, & Ger-vasii. Ea namque cum latent, & penitus nescirentur, Episcopo Ambrosio pro somnum revelata reperta sunt, ubi cæcus ille depulvis veteribus tenebris diem vidit. *August. de Civit. Dei, lib. 22. c. 8.*

Spulo.

Facidia vicus est Rhinocornæ urbis Ægypti. De hoc cæca mulier adducta est ad Beatum Hilariem: oblatæque ad fratris (jam enim multi cum eo Monachi erant) omnem se subsistantiam expendisse ait in medicos. Cui respondit: Si, quæ in medicis perdidisti, dedisses pauperibus, curasset te verus medicus Jესus. Clamante autem illa, & misericordiam deprecante, ex-puit in oculos ejus: statimque Salvatoris exemplum virtus eadem sequuta est. *Hieronymus in vita Hilariensis.*

Hymno.

Stefichorus poeta Lyricus ex Gimera Siciliæ civitate Olymp. 38. dicitur scripsisse Helenæ vituperationem. Ob id oculis privatus, ob palinodiam visum recepit. *Suidas.*

Medicamentis.

Tobias senior ex stercore hitundinum calido in oculos de-lapso excæcatus, post quatuor annos visum recepit, cum monitu Raphaelis Angeli Tobias filius patris oculos felle pi-scis in Tigri fluvio capto oblinivisset, cujus acrimonia argema deterram est spatio mediæ horæ. *Tob. 11.*

Defuncto Scelstre Ægyptiorum rege, ejus filius (quem Herod. vocat Vahromen) a sumpto patris nomine, nulla in re gloriam paternam est imitatus: eodem tamen quo pater casu afflictatus est: oculis enim captus, five propter com-munem patris naturam, five (ut quidam fabulantur) propter impietatem erga Nilum, in cujus alveum spiculum torfit, coactis est ad Deorum auxilium confugere, ac plurimo tem-pore variis peractis sacris ad placanda numina, nulla ope adjutus est. Decimo post anno responso ei reddito, ut placato Deo, qui in Heliopoli coleretur, faciem mulieris inspicere, quod nullum nisi proprium nosset virum, ab uxore propria incipiens, cum multis expertus esset, nullam reperit incorru-piam, præter hortulani cujusdam: quam visu restituo uxorem cepit, reliquas omnes in villa quadam viduas combussit.

Quem locum postea Ægyptii sacram glebam vocitant. Deo autem Heliopolis gratias secundum oraculum acceptum red-dens, duos erexit unius lapidis obeliscos, latitudinis octo, alti-tudinis cubitorum centum. *Diode. lib. 1. c. 4.*

In omnio.

Phormio piscator Erythraus cæcus, cum somnio monitus, Erythraus indicasset, quo pacto Hercules simulachrum è Ti-ro ad se evectum, in suam terram pertraheret, oculorum ca-lamitate liberatus est. *Pauf. in Æchais.*

Sub Erico Aorsel Suonum rege dum Sacerdos quidam idolis suis sacrificia offerret, repentina percussus cæcitate in terram corruit: ac diu, multumque à suis diis visum restituo-nem, sed frustra postulavit. In ædes deductus Sacerdos cæcus quieti se dedit. Ibi Maria Virgo illum in Christum credere jubet, & visum restitutum iri pollicetur. Credidit, atque confestim visum recepit, statimque Christianæ religionis præ-dicator effectus est diligentissimus. *Joannes Magnus in Go-thica hist. lib. 17. c. 15.*

Erati in Faldrensi parochia, in villa Horgene, matrona quæ-dam, Adelburgis nomine, Vicelino Episcopo Aldeburgensis Vandalorum Apostolo, propter vitam simpliciter amodo-dum familiaris. Hanc post luminibus orbatam ille consolari fre-quentius solebat. Post obitum ejus vidit mulier cæca in vi-sione nocturna assistentem sibi Vicelinum, & de statu suo percontantem. Cui illa: Quæ, inquit, mihi falsus, quæ in tenebris sum, & lumen non aspicio? Ille statim tendens dex-teram, signum crucis oculis ejus impressit, adhibens benedi-ctionem, & abiit. Manè factò evigilans mulier, visu recep-to, prona cecidit in terram, prorumpens in gratiarum adio-nem. Fecit postea manu propria velum ad operiendum sepul-chrum B. Pontificis, in testimonium, & monumentum suæ illuminationis. *Crantz. lib. 4. Pandæie, c. 20.*

Dolore capitis.

Ophioneus Mæsenius poeta, à nativitate cæcus, vehe-menti capitis dolore visum consecutus, denuò cæcus factus est. *Pauf. in Mæsenicis.*

Gaudio.

Joanes Aragonum rex XVIII. præ senio oculis interdum delinerebat: sed eodem iterum per intervalla recipiebat. Sic victoria Ferdinandus Filii ad Calufum oppidum de Petro Lustano regni amulo audita, visum præ gaudio recepit. Sub-inde cum Ferdinandus à Joanne Andegavensi (quem mortuo Petro Rebelles regem optarant) victus esset ad Gerundam, G præ dolore, & anxietate visum paulò ante amissum recepit. *Marin. lib. 16. c. 17.*

* CÆCITAS CIRCA QUÆDAM.

Putat, ut est privatio visus non quoad omnia, sed particula-ria quædam objecta.

Cum Sodomitæ pessimi insulterent in Loth, ut viros, qui ad sodivertent educeret, Angeli eos cæcitate percusserunt, ut ostium Loth non invenirent, cum tam animalia quævis vident. *Gen. c. 19.*

Sic Balaam in itinere non videbat Angelum, quem tamen videbat asina. *Num. c. 22.*

Rex Syriæ miserat milites ad comprehendendum Eliatham, cumque ad eum venisset, nec illum viderunt, nec agnove-runt. *4. Reg. c. 6.*

Christus post resurrectionem non agnoscebatur à duobus discipulis in Emmaus civibus. Item S. M. Magdalena cum hortulanum existimabat. *H*

S. Gregorius Thaumaturgus, cum Diacono fugiens in mon-tem, à quodam proditus fuerat illis, qui cum persequaban-tur, designato loco ubi latitabant. Veniunt illi, & duas ar-bores vident non homines. Reversè proditori redarguunt. Ille ad locum rediit, & Gregorium cum Diacono, qui perse-quentibus paulò ante arbores visi fuerant; orantem reperit, atque ad fidem conversus, & ipse cum iidem ex persecutore profugus evasit. *Nissen. in ejus vita.*

* Cæcitas æquo animo perpassa.

I. Isaac Abraham filius ex Sara filius, annis 44. cæcus fuit, & toto tempore cæcitate illum patienter tulit, scilicet ab anno ætatis 137. usque ad annum quo mortuus est, videlicet ætatis 180. tot enim anni intercurrerunt inter tempus quo Jacob be-nedictionem fratris ab eo eriperat, & diem obitus ejusdem, ut colligitur ex *Gen. c. 27.*

Etiam

Etiam Tobias patientia in oculorum privatione enituit, po-A sterisque exemplum reliquit. Siquidem fatigato à sepultura accidit, ut calida hirundinum stercorea in oculos caderent dormientes ad parietem tecti domum. Hanc autem tentatio-nem idè permisit Deus evenire illi, ut posteris daretur exem-plum patientia illius, sicut & sancti Job. *Tob. c. 2.* Nam ut in Tristibus canit lib. 4. Eleg. 3. Ovid.

Quæ later, & inque bonis cessat non cognita rebus, Apparet virtus, arguiturque malis.

Siquidem Tobias juxta Græcos annis octo, & secundum Latinos tantum quatuor cæcus fuit, & cum de omnibus, quæ à Deo acceptæ, gauderet, etiam de cæcitate immisit gratias agebat. Neque enim idcirco contristatus est contra Deum, ait Textus, sed in Dei timore permansit.

S. Sinætica in vitis Patrum dixisse commemoratur: Si a-mittamus oculos, non seramus graviter, qui extollentia in-firumentum amittimus.

S. Didymus, qui annis LXXX. cæcus fuit erat in scripturis veratissimus, ita ut S. Hieronymus eum videntem appellaret. Rogatus autem à S. Antonio, an tristaretur, quod oculis pri-vertetur: cum id non abnuveret, suavitè eum compellans: Ni-hil, inquit, Antonius, o Didyme te offendat, quod carnali-bus oculis tibi orbus videris: desunt quidem tibi oculi ani-males, sed lætare, quod eos habes, quibus Deum vides: parum esse reputas oculis corporis privari, modò mentis lu-men in nobis retineamus. *Histor. Eccl. Eusebius, & Tri-part.*

Idem iteratò Didymum affatus, rogabat, utrum se oculis capum doleret; eoque subcitate, urgebat responsum, ac tandem morem ferere compellit. Quo conficente, rur-sus Antonius: Miror, virum prudentem ejus rei dolere dam-no, quam formicæ, & culices habent; & non lætari illius possessione, quam Sancti folii, & Apostoli meruerunt. In-finuans oculos mentis potiores corporeis luminibus. *Socra-tes 1. 4. hist. cap. 20.* Petrus Abbas Cluniacensis oculorum lu-mine orbatas, dicebat: quam gaudeo, me à duobus inimicis, alterius molestia liberatum. *Marullus lib. 5. c. 4. Sabell. lib. 3. cap. 7.*

Cum Inario Chalcedonensi Episcopo insonaret Julianus Apostata, Galileum suum (ita Christum familiari voce per contemptum vocabat) pro visu recipiendo, quem ei senium, & vigilæ ademerant, deprecaretur: animosè in eum debac-chatus est: Gratias, agebat, ago Deo, qui mihi visum ad-mit, ne te hominem tam impium aliquid vel invitum videre cogeret. *Fulg. 1. 6. c. 4. ex lib. Eccl. c.*

De S. Andomaro, & Pygmenio Presbytero, Vide supra hoc eodem Titulo.

Cælatores.

Quare argentarii.

IN Aëlis Apostolorum meminit Lucas cujusdam Deme-trii argentarii, qui faciebat aedes argenteas Diane, præ-fans artificibus non modicum quæstum. Chrysothomus, a-dicula, quæ cibotias vocamus: Linus, tabernacula, quibus imagines includimus: Cajetanus, & imagines ipsius templi Diane, quæ superstitione venerabantur, intelligi volunt. Atator, delubra votiva Diane in templo ejus persoluta, signifi-cari existimat.

Isidore Ephesi Demetrius, arte locata Sacriligis delubra locis argentea fuerunt

Solvete vota sue presto majore Diane Cedere cuncta vident præfati monumenta furoris, legem.

Alcedonem, nomen est cælatoris, & vascularii apud Virgi-lium dicentem:

Pocula ponam.

Fagina, cælatum divini opus Alcedontis, Alcon nomen est argentarii, qui Æneæ patrem cælavit. Plinius scribit proximos à Mantore fuisse Boetum, & Agra-gata. De Alconte, & Boeto Virgil. in Culice:

Næ pocula gratum

Alconis referunt, Batiqæ toroema.

Antipater Satyrum in phiala gravatum somno, collocasse ve-rius quam cælasse dictus est.

Calamis manu cælata duo pocula Germanicus Cæsar dona-vit Cassio Syllano. Fecit & Apollinem positum in hortis Ser-vilianis.

Theodorus Samius smaragdum illum cælavit, quo maxi-

mè delectatus fuit Polycrates tyrannus. *Pausanias in Ar-cad. lib. 2.*

Eurycion nomen argentarii apud Virg. lib. 20. Æn.

Quæ bonus Eurycion multo cælaverat auro. Mentor primus claruit argento cælando, cujus duos scyphos L. Crassus orator centum seftertius emptos habuit. Testimo-nium laudis ei perhibuit Capitolinus Jupiter, & Ephesia Diana, quibus consecrata fuerunt ejus arces vasa. *Plin. lib. 33. cap. 11. & 12. Juven. Satyra 8.*

Multus ubique labor, varæ sine Mentore mense.

Scopas habuit æmulos eadem ætate Briaxin, & Timotheum, & Leocharem, qui simul cælaverit sepulchrum, ab uxore Ar-temisia factum Mausio Cariz regino, qui obiit olympiadis centesimæ anno secundo. Opus id ut esset inter septem mira-racula, ii maxime fecere. Patet ab austro, & septentrione sexagenos ternos pedes brevius à frontibus toto circuitu pedes quadringentos xi. attollitur in altitudinem xxv. cubitis cin-gitur columpis xxxvi. Ab oriente cælavit Scopas, à Septen-trione Bryaxis, à Meridie Timotheus, ab Occasu Leocha-res. Priusquam peragerent, regina Artemisia, quæ mariti memoræ id opus extruxerit, obiit. Non tamen recesserunt, nisi absolutò jam id gloriæ ipsorum, artificum monumen-tum judicantes, hodiè certant manus. Accessit & quin-tus artifex. Namque supra pteron pyramis altitudine inferior-rem æquavit xxi. gradibus in metra cacumen se contrahens. In summo est quadriga matmorea, quam fecit Pythis: Hac adjecta cxi. pedum altitudine totum opus includit. *Plin. lib. 36. cap. 5.*

Theon sculptor, unus ex quinque, qui Mausolæum cælave-re, ut est apud *Plin. 19. Volat. lib. 29. Antrop.*

Proximi à Mentore in admiratione Acragas, & Boethus, & Mys fuer. *Martiali: Quis labor in Phila e dodi Myos, anne Myronis?* Extabant Plinii tempore omnium opera in in-sula Rhodiorum: Boethi apud Lydiam Mincrav, Acra-gantis in templo Liberi patris, in ipsa Rhodo, Bacchæ Ceutaurique cælati in scyphis: Myos in eadem æde, & Silenus, & Cupidines Acragantis, & venatio in scyphis magnam fa-mam habuit. Post hoc celebratus est Calamis, & Antipater, quæ satyrum in phiala gravatum somno collocavisse, verius quàm cælasse dictus est Strabonem. Mox Cyzicenus Taurif-cus. Item Ariston, & Eunucus Mytileniensi laudantur. Et He-cchatus, & circa Magni Pompeii ætatem Praxiteles, Posido-nius, Ephesius, Lædus Stratiates, qui prælatæ, arctatoque ca-G lavit. Zopyrus, qui Areopagitas, & judicium Orestis in duobus scyphis H. s. E. 11. æstimatis. Vir deim Pytheas, cujus binæ uncie viginti varierunt. Ulysses, & Diomedes erant in phialæ emblemate, Palladium surripientes. *Plin. lib. 33. c. 12.* Argenti cælatores, Ariston, Lesbocles, Prodo-rus, Pythodocus, Polygnotus, iidem pictores nobilissimi. Item Stratonicus, Scymnus, Critia discipulus, Posidonius, Ephesius. *Idem lib. 34. c. 8.*

Mnæarchus Pythagoræ pater, annulorum sculptor fuit. *Fulg. lib. 3. c. 4.*

Andreas Cremonensis Pium II. Pp. iconicum numismate expressit, in quo est Campani epigramma. *Volaterranus lib. 21. Antrop.*

Cælebs. Cælibatus.

* DEFINITIO, & ETYMOLOGIA.

Cælebs a γαμος Græcè, propriè significat eum, qui non est junctus matrimonio, quamvis interea incontinenter H vivat. Ita *Martial. lib. 12.* Corruptis sine tallone cælebs, q. d. corruptis alienas uxores, cum ipse nullam habeas, quam alii corruptant. Apud sacros tamen Scriptores per cælebes intelliguntur, qui neque matrimonio juncti sunt, neque illius actum exercent. Hinc sanctus Hieronymus cælebem dici vult ab eo, quod cœlitum vitam absque coitu degat. Itaque cæle-bes juxta hanc acceptionem, idem erunt, quod continentes. Cælibatus est vita, quæ agitur sine uxore. *Ætym. Græc. V. infra cælibatus enonim.*

CÆLIBES QUI FUERINT EX S. SCRIPTURA.

Josue, qui est Jesus Nave filius Nun. nec uxorem habuit, nec liberos, ac cælebs terram promissionis ingreditur, quam uxoratus Moyses non nisi à longè aspexit. *Marul. lib. 4. c. 7.* Neque Eliam, neque Heliæum uxores habuisse constat, aut